



AEQVE, BONE, INTEL-
ligens Lector.

P Aegyriarum horum partem Aulâ & Urbe; par-
tem Equo & Rhedâ; partem factis itineribus, ali-
bi & alibi; solâ Virgilii & Claudiani comitum
fixissimorum sublevatus ope, intra annum conscripsi: In-
terim seriis impeditus negociis persèpè, at semper (quod
caput) ob ingravescentem Tubingæ luem Museo, quod
tùm in ducali Collegio incolui, & libris necessariis vi-
duatus. Si quid ergò inest, quod placet, modestè ac-
cipio: Si id, quod displicet inesse, intercurrentibus
illis molestijs adscribis; modestie laudem mihi præri-
puisti. At cum scias, quod Carmina (adde tu tot
gravissimas res inibi comprehensas) secessum scriben-
tis & ocia querant: non potes non, Legens, pro
ÆQUITATE, BONITATE & IN-
TELLIGENTIÂ tuâ igno-
scere.



JOAN.